e-codices

in gloria saluatoris aduentum sperant nuptias. & paruu
los centum annorum & circumcisionis & uictimarū sangui
nem. & ppetuū sabbatum quod dicunt cum isrt. In puerrum
modum manducemus & bibamus. Cras enim regnabimus.
Quae sit ista caelisti hiertm. cui nunc dicitur. Ecce ego ster
nam p ordinem lapides tuos siue iuxta lxx. Ecce ego prepa
ro tibi carbunculum lapidem tuum ut tota ciuitas sit plena
carbunculis. & habeat fundam̄ta saffirina. et propugnacula
iaspidem. siue calcedonū. et porta cristellinas siue ānatarpac.
et murum in circuitu preciosorum lapidum. Omnesq; filii eius non
habeant magistros homines sed dm̄. & appellentur discipuli
dī. et sit in ea pax perpetua. et aedificatio iustitiae. ex quo
pspicuum est sub occasione iustitiae quod uirtutum ē nomen.
etiā ceteras uirtutes in aedificatione ē ecclesiae debere nos que
rere. nec iudaica deliramenta sectari. Exponant enim quid
sit illud quod in puerbiis de sapientia dicitur. pretiosior est
cunctis lapidibus pciosissimis. Si enim xps di uirtus ē & di sa
pientia ē stultum est xpm̄ insensibilibus lapidibus cōparari.
Rursumq; de iudiciis di legimus. Iudicia dn̄i recta iustificata
in semet ipsa. Desiderabilia sup aurum & lapidē pciosū multū.
Ex quo palā est illum lapidem caeteris lapidibus cōparari.
De quo supra in hoc eodem ppheta ex psona di dicitur. Ecce
In mittā in fundam̄ta sion. lapidem angularem. lapidem
electum pciorum. & qui crediderit in eo non cōfundetur.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 111, p. p.%2073 – Copy of Jerome's commentary on chapters 14-18 of the Book of Isaiah (http://www.e-codices.ch/en/csg/0111/p.%2073)